Zineroni, Agostino. Missa, Beatae Virginis cantica, sacraeque cantiones vulgo motecta appellatae tum viva voce, tum omni instrumentorum genere octonis vocibus concinendae . . . Venezia, Ricciardo Amadino. 1599. RISM Z240.

Title:

AVGVSTINI ZINERONI
BERGOMENSIS,
Eccleſię Cathedr. Bergomi Muſices Prępfeĉti.
MISSA, BEATAE VIRGINIS CANTICA,
Sacræq; Cantiones vulgo Moteĉta appellatæ,
Tum viua voce, Tum omni inſtrumentorum genere
Oĉtonis vocibus concinendæ.
[CHORVS PRIMVS.]
[Printer's mark]
Venetijs apud Ricciardum Amadinum,

M D XCIX.

Dedication:

ILLVSTRI ET PRVDENTISS.mo VIRO | NICOLAO BARILLO. | Auguſtinus Zineronus S.P.D. |

Mvſicam eſſe a Muſis Amore duce inuentam, ideo a Platone litteris | conſignatum fuiſſe, crediderim, non ſolum quòd virtutem & artem | planè nullam tenere poſſimus, niſi ad eam feramur inflāmato be-|ne agendi, reĉteq; ſciendi voluntate; ſed quòd Muſica diſciplina | præ cæteris ducem aliquem poſtulet, cuius aures ſecuta, ſummam | ipſa laudem attingere contendat. Amorem vero maxime præire | Muſis, Philoſophus ille ſapienter exiſtimauit, quod ipſe in cętum | coaĉtæ, ſpeciem præſeferant amoris, cuius ea vis eſt, vt plura in v-|num ſuauiſſime cogat. Quod de arte noſtra prodit acutiſſimus il|le intelligendi auĉtor, idem transferre non incommode licet ad | artifices, qui ſe quem piam offendant vt idemmet lumen ſapientię clariſſimum edidit, virtute | & eruditione præſtātem, quem ſuauitate concentus deleĉtent, tum demum pulcherrime ca-|nere, & multo pulchriora poſteritati mandare conantur. Vtrunq; ſum ipſe, quæ Dei fuit be|nignitas, a primis temporibus ætatis expertus. ſimul enim præcipuo me ſenſi diuini cultus | amore incenſum, illico puer cum ad muſicos numeros ediſcendos exarſi: tum vero adoleſcēs | te principem Nicolae prudentiſſime naĉtus, & Muſarum omnium patronum, & contentio-|num mearum auĉtorem, dici vix poteſt, quam ipſe mihi gratularer, te ducem laboribus meis | obtigiſſe diuinibus. Cum .n. in te unū, nobilitate honoribus, opibus, propinquitatibus, clien-|telis, auĉtoritate, conſilio, prudentia, & bonis omnibus florentem intuerer, in ſpem venie-|bam haud dubiam, fore, vt auſpice te in Muſicis, breui adeo proficerē, vt & in cætu canen-|tium, & in numero Muſicorum honeſtiſsime locum tenerem. Quorum ſcilicet vtrunq; vi-|deor adeptus, maxime cū domi tuæ in eorundem corona te auĉtore pulcherrime ſedens, quæ | in ſingulos dies ex ingenio depromo luculentius, eadem æquiſſimis eruditorum auribus ex-|cipi planè perſpicio. Hoc quantuluncunq; eſt laudis tuo beneficio cum

aſſecutus ſim, nolui | ſacras haſce voces ad harmoniam meis vigilijs diſpoſitas prælo ſubijci, ac diuulgari, niſi tuo | nomine inſignitas, ut quem partum tuo tutus patrocinio concepi, ac peperi, eundem ab omni offenſione inuidiæ auĉtoritate tua vindicari libereq; in grauiſſimorum hominum manus | venire gaudeam. Tu accipe benignus tantulum hoc obſeruantiæ meæ gratiq; animi monu|mentum vt ciues tui omnes intelligant, te ad virtutum omnium ſeĉtatores, pręſertim vero di|uinarum laudum præcones, quibuſcunque rebus poſſis, iuuandos, natum eſſe; & ipſe læteris | hoſce liberalitatis tuæ, & beneuolentię fruĉtus cum Muſices perpetuitate contendere. Vale. |

Dat. Venetijs Idibus Septembris. M D XCIX. |

Index:

INDEX.

Miſſa, Cantate Domino
Magnificat. Primi toni.
Magnificat. Secundi toni.
Magnificat. Sexti toni.
O Sacrum conuiuium
Congratulamini mihi
Vidi turbam magnam
Exultate Deo adiutori noſtro
Surge illuminare Ieruſalem
Cum perueniſſet Beatus Andreas
Defende Deus ſocietatem iſtam
Quam pulchra es amica mea
Sanĉta Maria ſuccurrre miſeris. A 12.

Contents:

Miſſa Cantate Domino
Magnificat Primi toni [all verses]
Magnificat Secundi toni [all verses]
Magnificat Sexti toni [all verses]
O Sacrum convivium in quo Chriſto ſumitur recolitur memoria paſsionis eius mens impletur gratia & futuræ gloriæ nobis pignus datur alleluia.
Congratulamini mihi omnes qui diligitis Dominum quia cum eſſem paruula placui altiſſimo & de meis viſceribus genui Deum & hominum alleluia.
Vidi turbam magnam Quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus & populis ſtantes ante throni Dei in conſpeĉtu Agni . . . ex omni tribu lingua & populo & feciſti nos Deo noſtro regnum.
Exultate Deo adiutori noſtro iubilate Deo Iacob ſumite pſalmum & date tympanum pſalterium iucundum cum cithara Buccinate in Neomenia tuba in inſigni die ſolemnitatis veſtræ.

Surge illuminare Ieruſalem quia venit lumen tuum . . . & gloria Domini ſuper orta eſt & ambulabunt gentes in lumine tuo . . . de longe venient & filiæ tuæ de latere ſurgent.
Cum perveniſſet Beatus Andreas . . . vbi crux parata erat exclamauit & dixit O bona curx diu deſiderata . . . ita & tu exultans ſuſcipias me diſcipulum eius . . . qui pependit in te.
Defende Deus ſocietatem iſtam per ſignum crucifixi . . . ab omnibus inſidijs inimicorum omnium . . . & fiat tibi acceptabile ſacrificium in ſæcula alleluia.
Quam pulchra es amica mea nam vulneraſti cor meum crine colli tui . . . Egredere formoſa mea a tempus putationis aduenit.   Di Gio: Gabrieli
Sanĉta Maria ſuccurre miſeris iuua puſillanimes refoue debiles . . . ora pro populo interueni pro clero . . . Quicunque celebrant tuam ſanĉtam feſtiuitatem. Duodenis vocibus

Part-book:

CANTVS   A-C[4]   24pp. Dedication. Index. [blank page at end]

Remarks:

Quarto format. Copy consulted: **A**-Wn (microfilm). RISM Z240.